

## Alte Drucke

**M. BALTHASSARIS || LEVTINGERI || AGRIMONTANI.|| DE  
DVOBVS SVM=||MIS SCIENTIARVM GE=||neribus,  
Philosophico nimirùm & Theo-||logico, aptè discernendis ...**

**Leutinger, Balthasar**

**Frankfurt/Oder, 1587**

**VD16 ZV 27226**

**CAP. V. De differentiis, quibus Philosophia i Theologia secernitur.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149310**

rate metiatur, & quid à se ipso, quid ad-  
miniculo diuini Spiritus consequi, & quo-  
vis procedere possit, exploratum habe-  
at. Ut autem talis exploratio eō commo-  
dius quoq[ue] institui possit, de differentiis,  
quibus à Theologia secernitur, in reliquis  
nunc agendum erit.

## CAP. V.

*De differentiis, quibus Philoso-**phia i Theologia secernitur.*

**P**osita definitione tanquam medio de-  
monstrationis, qua verè aliquid sci-  
mus, certissima iam habetur mensura, ad  
quam exploretur utriusq[ue] differentia, &  
inæqualitatis ratio, qua mutuò inter se di-  
uelluntur. Illam considerare vtile est, pro-  
pter eos, qui aut nullum, aut nimis latum  
inter ipsas discrimen constituunt. Fue-  
runt, quilongius inter se distare rati sunt,  
quam ut ratione conuenientiæ ex lege  
societatis coniungi possent, nedum in ali-  
quo comparari. Alijs concrè ita conueni-  
re persuasum fuit, ut neq[ue] generis neque  
speciei discrimen admitterent; sed nu-  
meri solùm, quo vnum ab altero, eiusdem  
essentiæ & naturæ, seipso quidam rea-  
liter existens est.

Definitio  
quasi mes-  
dium des-  
monstrati-  
onis in  
qualibet  
re.

Erros  
qui com-  
mittuntur  
in distinc-  
tione  
hunc duo  
bus sciens  
tiarū gene-  
ribus.

G . s . Quo .

Quorum opinione cùm sit necesse, vt non  
modò συγγένεια & talem cognationem  
inter se habeant, quæ generis respectu  
rebus attribui solet: sed etiam in formaliter  
atq; essentiali perfectione ita communis-  
cent, vt vnum aliquid essentiæ causa sim-  
pliciter esse dicantur, & hoc nomine sub  
vna ratione & definitione ambæ pariter  
contineantur: factum est, vt quod vnius  
erat, alteri promiscuè & indifferenter sit  
communicatum, vnauscip; honor & cultus  
atq; religio duobus diuersissimis humani  
& diuini magisterij generibus exhibita  
sit, ex quo etiam monstrum illud prodit  
& vanissimum commentum eorum, qui  
ausi sunt perennem quandam & conti-  
nuatam omnibus seculis, & apud omnes  
gentes religionem introducere, & de lo-  
ue æternum facere Deum. Ac sane licet  
In opposit: callidis & ingeniosis hominibus parum  
cum argu intereste videatur, nec res contentionis  
menta du: magnoperè digna, quo utræq; loco habe-  
cuntur ab autoritate atur: Tamen veritas doctrinæ coelestis  
doctrinæ in Ecclesia Dei sonantis, de eo aliter nos  
Ecclesiæ & instruit & confirmat, quæ fuit aliquando  
conjectura in populo Iudaico, & in quo quasi ciuitate  
irrefutabilis. Ita sedem habuit propriam: Nunc autem  
poli temporum plenitudinem ab externa  
obs.

obseruatione temporis, sacrificiorum, loci, rituum, ac gentis, libera, virtute Spiritus sancti in totum terrarum orbem dispersa, cuius sanctitatem, si cum vlla aliarum gentium sapientia ac religione confundi voluissest autor Deus, illam ab alijs gentibus à prima statim origine separari haud fuisset opus. Non enim leuis cuiusdam ponderis esse discriminem illud, sed longè maximum, neque numeri solùm, neque ipecificæ duntaxat differentiæ; sed in toto genere conspici, ac propterea summoperè necessarium, vt tanquam diuersissima, vt dictum, humani & diuinī magisterij genera caute discernantur, & religio-  
so nientis iudicio prudenter & cum dele-  
ctu coniungantur, ordine deinceps ex-  
pendamus, resolutione principiorum,  
causarum & effectorum, quibus à se in  
uicem definitionibus diuersis dirimuntur.

Primum itaq; ad genus quod attinet, res toto ge-  
diuersum vtrinq; appetet, tam ratione nere inter  
subiecti, quam obiecti. Etenim talis in ho-  
mine φυσική δύναμις seu habilitas non re-  
peritur, per quam natura aptus & habilis A qualitz  
esset ad suscipiendum habitum, per quem te seu affe-  
vera fide & pietate in Deum, contingat etione ani-  
scientia & cognitio, quæ nouam vitam ef- mi diuers  
G 3 sicaciter sa.

*Finis & ef-  
fetus The-  
oiz tangi-  
tur.*

sic aciter instauret, veterem mortificet, & certam indubitatemq; futuræ gloriæ expectationem operetur: At talis habitus & animi facultas, cùm sit Theologia, sequitur, vt toto genere discrepet ac diuersa sit à Philosophia.

*IL  
Quia do-  
na Dei dis-  
separiz.*

Præterea dictum est, quomodo Philosophia sit donum, quod homini Deus per naturam confert, & quod ipse homo per naturalem ἐξοίκησιν habitu rerum intelligibilem, quæ sunt in natura, consequi possit: At tale quid non erit Theologia, cùm sit habitus rerum inuisibilium & spiritualium, & eorum, quæ ad animæ salutem creduntur, ad quem capessendum, ob priuationem τῆς φυσικῆς ἵκανότητος, & oppositum contrariæ qualitatis habitum, nemo naturā aptus & habilis nascitur: Quare donum erit gratuitum & præternaturale.

Porrò quia subiectum requirit, in quo regenerari possit patibilis illa qualitas, quæ peccato Originis opponitur, ut habile fiat, & idoneum ad recipientum

dum munus & donum illud gratuitum,  
quo enitimus ad summum Bonum & Bea-  
titudinem illam, quæ in Theologia Filii  
Dei verè definitur, quamçp vera viuaçp  
fides intuetur: Patet vnde id habeat, &  
quæ eius caussa sit efficiens, nempè non  
natura, non carnalis successio & propa-  
gatio, non sensus, non mens, aut nati-  
væ intelligentiæ virtus: Sed virtus è su-  
pernis, quæ à Deo Opt. Max. donatur  
per gratiam Electionis, qua ab extero  
in Filio promisso regnum sibi constituere  
proposuit, in quo iustitia & salus in lau-  
dem gloriæ ipsius florente pace perpetuæ  
regnaret.

III.  
Quia causa  
sarum efficio  
cientium  
utrobiçp  
non ea  
dem ratiæ

Vt autem in naturalibus primæ rerum  
formæ sunt, quibus substantia, quæ mate-  
riæ vices gerit, induitur: Ita cor hominis,  
quatenus Theologicæ prima quasi mate-  
ria est & subiectū, ex quo, caussas habet  
è supernis immobiles, ex quib. renascitur,

III.  
Quia in  
caussa mat  
eriali ex  
equo sibi  
non corre  
spondent.

G 4 noua

noua forma induitur, atq; adēd in natu-  
ram cœlestem transponitur: Quæ tamē  
reformatio in hac vita non nisi mediata  
& per signacula subministratur in verbo  
reuelato, in quod ut obiectum vnicum,  
Theologia nostra fertur, respicit, & in-  
tentia est; ex quo omnem de Deo & re-  
bus ad animæ salutem pertinentibus sci-  
entiam & cognitionem viuificam haurit.

V.  
Quia ob-  
iecta ci: ci  
delectu ac respectu satagit, limites natu-  
que diuersi, r̄e non egrediens; illa autem in religiosa  
verbi reuelati meditatione & assensione,  
sub agitatore Spiritu sancto est operosa.

Subsum-  
tio primæ  
partis defi-  
nitionis  
Theologiae  
ratione  
materiæ  
descriptæ.  
Patet ergo ex his pars definitionis,  
quæ materiæ rationem habet, qua defini-  
tur Theologia, quod sit donum Dei gra-  
tuitum & præternaturale, quod Spiritus  
sanctus in anima hominis per verbum di-  
uinum traditum & reuelatum, operatur.

Differentia monstratum est, multò minus conuenient  
specifica alia in ratione formalī & perfectione illa es-  
terius pars sentiali, quæ res Esse & essentiam suam ha-  
bitus definis-  
tionis in  
ratione for-  
mali.  
bent, ab alijs formaliter distinctam. Tota  
hæc consistit in vi animæ cognitiua, quæ  
sele

sese applicat vero & bono , malo & falso  
cognoscendo, per quod rationalis crea-  
tura finem suum & naturæ perfectionem,  
ad quam condita est , a sequitur.

Finis autem & summa hominis perse-  
ctio ea est, ut Deum, qui veritas ipsa est &  
summa Bonitas , & cuius summa in Chri-  
sto filio plenissimè exponitur, vere agit.  
scat, rectè colat & xterna cum ipso c in  
suetudine fruatur. Ad hunc finem ambæ  
facultates aspirare videntur ; sed lato  
in discrimine, modoq; & ratione prorsus  
inx quali , pro qualitate subiecti , obiecti ,  
caussarum & principiorum, quibus con-  
stant , diuersitate .

Prosequitur Philosophia hunc finem  
suum, sed pro mōdulo creatæ facultatis ,  
& quantum depravatæ naturæ conditio  
permittit, cuius cauſsa accidit, vt in sub-  
stantia hominis duo quasi homines repe-  
riantur , quos scriptura appellatione Ex' In substan-  
terni & Interni , Animalis & spiritualis, tria homis  
Terreni & cœlestis efferre solet. Veterē, nis duo  
externū, seu animalem vocat, vt seminio quasi hos  
corruptæ carnis propagatur ; totus nēpē ines.  
corporē & mente, nondū Spiritu Dei, per Homo vei-  
regenerationē, luce Dei illustratus, & se- tus & ter-  
mune spirituali verbi Dei viuentis anima- renus quid

G 5 tus.

A cauſſa fi-  
nali que  
viring di-  
versissima  
apparet.

90 COLLAT: PHILOSOPHIAE  
tus. Huius indeles & ingenium, tametsi  
primogenia culpa sit viciatum, non ta-  
men propterea omnis arbitrandi vis na-  
turalis de vero & bono, in eo simul eua-  
nuit; ut neq;in satan & imp̄ns spiritibus,  
quorum ingenium referunt posteri A-  
dam deprauati, in quibus per legem cor-  
poris peccati, quo infecti sunt, & captiu-  
tenentur, nulla ad legem mentis diuinæ,  
(qua iubetur Deus super omnia amari, &  
proximus ut alter ipse) cōformitas, nulla  
ad bonum libertas, nulla rectitudo, luxa-  
to ordine recti status quo corpus anima-  
le iudicio animi; Is spiritui Dei obsequ-  
batur. Atq; hoc modo cūm necesse erat  
nihil aliud quam iniustiam loco iustitiae,  
mortē loco vita, iram loco gratiæ, tene-  
bras loco lucis in ipso regnare, haud im-  
merito quoq; aliam in scripturis laudem  
non obtinet, quam ut filius dicatur male-  
dictionis, non benedictionis, iræ non  
gratiæ, mortis non vita, tenebrarum non  
lucis, naturâ suâ: quemadmodum satan  
ερχηγος πονηριας, principatus tenebrarum  
& mendacij pater, iuxta illud Ioh. Cūm lo-  
quitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mēdax  
est, atq; eius rei pater. In his inquam, per la-  
psum & naturæ prauitatem non ita tene-  
bris submersa est naturalis illa lux intelli-  
gendi

Satan

ερχη-

γος της

πονηρι-

ας.

gendi & consultandi de vero & bono,  
 malo & falso, ut penitūs euanuerit, & in  
 cassum abierit, immō nunquam aufertur, Vis animæ  
 sed manet semper in iusti Dei iudicij cons rationalis  
 testationem, in qua signatus sermo Euan- quomodo  
 gelij illos iudicabit & condemnabit in ex- & quanto  
 tremo die iuxta hoc Christi; Sermo, quem tum vitia  
 locutussum, ille iudicabit eū in extremo  
 die, Iohan. 2. Est enim lux illa, per  
 quam Deus primō peccatum reuelat, &  
 cordis prauitatem indicat, eam accusan-  
 do & damnando. Ideoq; mendax lux non  
 est, sed verax, semper de vero, nunquam  
 de falso splendens, vt potè, qua Deus vi-  
 tur ad testimonium veritatis & iustitiae  
 sive firmissimum; cui neque hallucinatio-  
 nes & errores, qui vñquam existunt &  
 accidunt sive circa religionem, sive mo-  
 res, sive rerum naturas pro veris usur-  
 pati, sunt assignandi; sed vel mendaci Ratio hui-  
 alicui, speciei veritatē falsō p̄ se ferē-  
 ti aut assimilanti; vel circumstentibus mana per  
 tenebris, vel corruptæ malis affectibus se proprié-  
 naturæ, qualibus & impñ Spiritus pleni-  
 sunt, & nos eos in hac vita palam p̄ se  
 nobis ferimus atq; exercemus, quisq; ma-  
 gis, pro vt lōgiā à luce Dei absit, idq; tā-  
 tisper, dū in hoc corpore peregrinamur,  
 cuius lex p̄ omnia èlōyos in aſumēdis

boni

boni & recti medīs, ad censuram veri iudicij cassa est, ut quæ mali blandientis imagine boni, illecebris perpetuò capiantur, per quas etiam mentis Lex hoc seculo ferè sopita situq; obducta, iacet, quæ per se de principijs & bonorum medijs dignoscit. Hac igitur prælucente quæc; creatura rationalis vero suo fine inquirendo & assequendo progreditur: Sed aliter satan cum membris suis, hoc est, reus ratio: probis, qui vltra istam contagionem & nisi sive non infectionem, gratia electionis deserti, ruralis intelligentiae agnitæ veritatis neglectum de suo addūt, inter pios incipit odio & contemptu Christi, quem & impios, hac naturæ luce agnoscunt, credunt & contremiscunt, subinde maiores progressus faciunt, scipio in hac luce intuentes, cum vident quale sint opus, quamq; nobilis creatura, tot tamq; præclaris dotibus exornata, protinus pro ea, qua sunt, ambitione & insanabili malitia intumescunt, satanæ & suiq; amorem & reverentiam induunt, impiorum quos Dei & Christi Filij venerationem quale in supra omnia meditari oportebat, eamq; genium, deformitatem affectuum, lux legis ubi manifestat ac redarguit, prauitatis suæ, intentata in eam ira diuina, quam si, nisi ponatur, in ipsam sit exercitus, magis inde

inde tūm corrupta affectio irroborescit  
ac irritatur cum rancore , odīs, inuidia,  
maximis animorum pestibus. Atq; ita sit,  
vt qud clariū hæc lux in īs fulserit , ed  
magis hac illi perperā abutantur in sui  
perniciem & exitium inexpiabile. Qui  
verò per gratiam Electionis, qua ad salu-  
tem in Christo reseruantur, non hoc mo-  
do contumaci rebellione peccant in odi-  
um Dei, & diuinæ veritatis contemptum,  
contra propriæ conscientiæ testimoni-  
um, nec tamen regenerationis cœlestis af-  
fectum per gratiam Christi in se agentem,  
fide & virtute luminis superni per Spiritu-  
tum sanctum efficacis adhuc experien-  
tur, licet suo nutu & spontaneo motu ad  
optima feruntur , hoc rationis lumine  
prælucente : Tamen priusquam Spiritus  
illustrationis diuinæ regeniti sunt in no-  
uam creaturam, pari modo per naturam  
adhuc vetus homo i.e. filij iræ & tenebra-  
rum sunt & reputantur, in dolesq; huma-  
næ mentis eo usq; per se non asurgit, vt  
per eam inquirendo inueniat, quomodo  
verum suum finem rectè consequi possit  
ac debeat, non tantum quod naturæ lux  
etiam per se quasi tenebræ ac caligo sint,  
collata ad lucem Dei , quæ vitam æter-  
nam

nam affert (qua ratione & impñ , qui haec  
luce fruſtūr & tamē supernæ lucis veri-  
tate, quā spiritus Dei fide operatur, desti-  
tuuntur, in morte & tenebris versari di-  
cuntur ) Verum etiam quatenus nec ipsa  
expers labis & corruptelæ est, quā con-  
trahit ex carnis contagie, quæ abyssum  
illius obſidet suis circumſiſtentibus tene-  
bris, quibus non modò radñ quos habet  
ad lucendum, interpolantur, Sed cuncta  
eius φρονίμatæ etiam deprauātur, & pro-

**Ratio hu-** pter motus atq; incitationes deprauatas  
**mana quo** carnī accensentur. Et quoniam vna cum  
modo ius corpore peccati, tantum ad prava in-  
xta ſcris clinet, haud ſele attollere potest, vt ea  
piuram ca quæ Dei ſunt, verè intelligat, quæq; eius-  
tro, caligo, dem indolis ac naturæ ſunt, liberè ſe-  
renebra, atq; adeo quatur, imò inimicissimè reluſtatur, & ad-  
inimicitia uersus legem Dei, cui ſubh̄ci non vult,  
aduersus ſemper contumaciter agit, licet ſibi non  
Deum. videatur; per affectum cordis amore

**Ratio hu-** ſui & vanarum cupiditatū indulgentia,  
**mana in** plus æquo à via veri detortū: Itaq; quic-  
**natura** corrupta quid hic agit & conatur proprio motu &  
per ſe ni spontaneo arbitrio, ſub quauis recti-  
hil in re ſanctimoniacq; & religionis ſpecie, tantum  
bus diui abeft, ut faciat aliquid ad conſequēdum  
uis. finem illum, qui ſummus eſt, & quo inti-  
mē

mē cum Deo coniungatur, ut ab eo potius longissimē abducatur, Deoq; ingratis-  
simum habeatur, propterea quid sine  
mente & intelligentiæ habitu fiat, qui ex  
Deo est, Deoq; probatur. Nam ut in alijs  
animi virtutibus, quæ à natura sumunt Amplificat  
initium, grauiores offendentes accident, tio à simili  
quod maiore intentione suscipiuntur sine ipso actu  
prudentia & recte rationis iudicio: sic se atq; perfec-  
tes habet in hjs animi bonis, quæ fidei sunt ētione fort  
& ad religionē spectant. Quod si mentem mali seu  
accepterint radjs diuinæ gratiæ & vie-  
tute fidei in Deum benè illustratam & fir-  
matam, incredibile est, quanto in agendo  
ex exteris antecellant; Hac verò destitu-  
ta contrarium erit, & caussa maioris da-  
mni & detrimenti, quam emolumenti.

Colligitur itaq; hinc quomodo Philosophia sine, effectu atq; ad eū formaliter per-  
fectione à Theologia sit determinanda;  
Tendit nimis illa ad aliquem finem qui  
homini proprius est, eumq; ex parte con-  
sequitur; sed is non summus est, neque  
perfectus, neq; munus suum per ipsum re-  
ctā ad vitam æternam exsequitur. Efficit  
quidem per lumen naturæ cœratum, ut  
intellectus verum assequatur & voluntas  
bonum.

## 96 COLLAT: PHILOSOPHIAE

bonum : sed languidè & obturè , & prō  
mensura creatæ & iam depravatæ facul-  
tatis : Quamobrem & hæc possessionem  
boni non pro dignitate boni sed pro viris  
bus suis ; ille cognitionem veri , non pro  
magnitudine veri , sed modo captus sui  
deprehendit & nanciscitur . Est enim re-

Quibus li-  
mitibus  
Philoso-  
phia cir-  
cumfinita  
sit.

Col. 1.  
1. Corin. 2.  
Math. 11.

Natura lus-  
cis.

rum cognitione , quæ fines conditi luminis  
animorum non excedit , ultra quos si au-  
daciæ egressa fuerit pro suo ipsius arbitrio in secreta , & à seculis , ut Paulus lo-  
quitur , abscondita regni cœlorum my-  
steria , quæ inaccessa sunt prudentibus &  
sapienibus huius seculi ; accessa autem  
per revelationem parvulis , id est , suæ sa-  
pientiæ mortuis , nomen lucis amittit &  
tenebrarum acquirit , nec secus disparet  
ac luna interdiu , lumine solis splendidiore  
exorto : ubi vero intra metas & terminos  
sibi præfixos ac præstitutos manserit , ita  
ut rebus duntaxat , quæ huius seculi sunt ;  
recte administrandis præficiatur , nomen  
lucis ( cuius natura est , ut rerum formas  
distinguat , & vnumquodq[ue] in suo ordine  
quale sit , signatè cōmonistet ) optimè tu-  
ebitur , suasq[ue] contrarias habebit tene-  
bras , quas radjjs suis depellat , eas nempe ,  
quas rerum , quatenus earum cognitio in

aciem

aciem natui luminis cadit, ignorantia of-  
fundit; nomenq; sapientiae optimè sibi  
vendicabit, & stultitiam, quæ est incivilium  
morum & imperitiæ communis iudicij, de  
rebus distincte & sentiendi & loquendi,  
aptè discretis earum finibus, sibi contra-  
riam habebit.

III.

Ipsò modo  
operandi  
formali, vñ  
trique dis-  
versissimo.

Cæterum, ut existendi, ita modo ope-  
randi multum à Theologia discriminat.  
Nam cùm tota & vniuersa Philosophia  
vi mentis διακρίτικη ήγει μεμονωκη perficiatur, in explendis utriusque muneric  
partibus, procedit eo ordine, qui naturæ  
conueniens est, & qualem Deus ipse in  
creando & operando adhuc perpetuò  
in natura seruat, nimis, ut à minimis  
primordijs ad maxima; à simplicibus ad  
compositas; à minus notioribus ad notio-  
ra in rerum conditione prospicienda  
pergat, & tenuim per operū gradus sub-  
lata, excitetur ad considerandum fines  
atq; limitum operis creati rationem, &  
hac peruenit gata, sensim ad Numen i/

Ordo &  
processus  
philosop-  
hicus in  
rimandis  
rerum na-  
turis.

plum & qualēcunq; inuisibilis Dei cogni-  
tionē prorepat ac quasi manu ducatur.

Sic in rimandis rerum naturis natu-  
raliter mouetur animus, ut obseruet, quæ  
priora, quæ posteriora; quis ordo & se-  
ries rerum, quæ caussæ & partes, quibus

98 COLLA: PHILOSOPHIAE  
res constat, quæ Elementorum tempera-  
tura; Nec h̄c resistens, vtrā etiam vires  
colligit, quæ istam Elementorū tempera-  
turam vel consensionem sequuntur, &  
quæ in ipsis vis ægendi occultior sit, sua

Vis animi cuique propria. At talis cognoscendi fa-  
demonstra. Cultas illa animi vis est, quam Græci dia-  
tiua vnde κρίτικη sive ἀποδεκτή, latini demōstra-  
& quo or- tiuam appellant, quæ ad tractandū quid-  
dine nascas, uis methodicā rationem mōstrat, & hoc  
tur, ordine, quem Deus ipse in condendo &  
in operū suorum distinctione tenuit, cau-  
sarū principia versat, & ex eis rerum ef-  
fectarū conditionem elicit, pertinetq; ad  
inventionem, & de inuentis rebus, quæ o-  
mnes intra semel creati operis fines se  
continēt, censuram præbet; Quam etiam  
tot illustres præclari viri secuti, in tot &  
tantarū rerum cognitionem peruen-  
runt, in quibuslibet rerum naturalium  
scientijs & disciplinis, vt in plantarum,  
animalium, gemmarum, metallorumq; hi-  
storia; in numerandi metiendiq; artibus à  
terra in cœlum vscq; penetrantibus, con-  
stitutis, deprehenso terræ ambitu, dimen-  
sis siderū interuallis, & magnitudine, sup-  
putatis eorum motibus, & ad normā cer-  
tā desinatis depactisq; cursib. subtili rati-  
one subductis per hanc naturalem animi  
inuestigationem.

Aloq

Atqe hec animi virtus dum hoc modo & virtus and ordine, inuestigado longius procedit vna mu hyemor quoqe hyemorikn producit, ipsa reru offi- vna quo- cia, vires & vsum contemplando pertra- modo gene- etas. Nam cum quaelibet creature boni- retur.

tate aliqua, qua pro se in ordine suo prae- stent, & v*sui* sunt, à Deo insignite sint, ad expressionē sui, qui summum bonum est, præterquam quod ex illa consideratione sapientiā & bonitatē conditoris animad- uertit, qui singula tam sapiēter beneqe se- cerit, simul hinc etiam iudiciū format, se- cum expendens, ut quomodo unaquaqe creatura quoqe fine & ordine vti ac frui oporteat; Vnde vis illa suaforia nascitur, quae ex cōdito ad vtilitatē opere, sua su- dendi arma instrumentaqe depromit: Fōs ne produc- itē honesti in animo sese aperit, & ad de- catur.

Vis animē  
suaforia  
quo ordi-

H 2 Atq

Dei cognitio, Atq; sic denique per opera Dei euangelio, cultus, &ta mens, in conditorē ipsum se subrigit, & veneras diuinitate eius, per ea quæ facta sunt, no, vnde tam decenter apprehensa: Vnde & noproficiens, turaliter monetur, eundem esse supra o-

tura,

maia reuerendum, ut qui summum Bonum sit, à quo omnia sunt, reguntur ac conseruantur. Hoc ordine, quem diximus in Philosophia seruari, Theologia,

Ordo pro, quæ naturæ caput superat, non procedendi in dit; Sed quodammodo inuerso & immutato, ut est ille, quem Deus non in operalius & quodammodo op, quippe consilijs finis priorem locum habet ante omnia deliberatus, & posteriore

rem reliqua, quæ primò in animos nostros incurruunt. At finis hic alius non erit nisi Christus ab initio promissus Ecclesie suæ, cum sanctis suis & Dei patris in his sapientia & bonitas, quæ non tam per opera condita, quam alia præternaturali via istius supremæ lucis, in animo accensæ per Spiritum sanctum, inuestigatur. Nam de modo cognoscendi Christum per lumen naturæ, si quis est, nolumus, ne quem offendamus, hic quicquam dicere assuerantius. Poterat condita intelligendi animorum vis, pro captu lumenis

minis sui aliquo modo deprehēdere Chri-  
 stum esse. Et taleni quidē qualē fatetur  
 scriptura, nisi obstat corporis moles &  
 crāsities, quam ex corporis corruptibili-  
 tate reportat. Talis enim natu-  
 ramentis est, vt cum sit δύναμις ἐνεργητική νεργητική  
 ab inquirendo non desistat, & rimandi suā naturā  
 studium remittat, donec per istam perfe-  
 ctionis rerum seriem in summi operis,  
 quod à Deo exire, ipseq; persicere po-  
 test, considerationem eritatur. Vnde co-  
 dem investigationis ordine, quo rerum  
 conditarum ortus, caussas, partes, offi-  
 cia, affinia, & contraria rimatur, cùm sin-  
 gula in suum ordinem, classemq; specula-  
 tur, tām aptē inter se distincta esse &  
 disposita, incipit secum ratiocinari, vt in-  
 ter opera Dei nexus quendam esse o-  
 porreat & continuationem vscq; ad sum-  
 mum aliquod, in quo cuncta velut reca-  
 pitulata connectantur atq; consistant, ad gnoscendi,  
 cuius inspectionem vniuersa constituant Christum  
 Deus, & in quo ipse totum sese efferat. Ut per lumen  
 porrō supputat, hominem idē condic-  
 tum, vt reliqui opificē spectator, & sapi-  
 entiae potentiaeq; Dei conditoris in eo  
 admirator atque prædictor esset, ipsius  
 indolem atq; ingenium proximè repræ-

H 3 sen

Modus co-  
 pitulata  
 connectantur  
 atq; consistant,  
 ad gnoscendi,  
 Christum  
 Deus, & in quo  
 ipse totum  
 sese efferat.  
 Ut per lumen  
 naturæ  
 quis & qua-  
 lis.

sentans: Ita hoc inuentionis progressu adiuuta mens, de sapientia Dei itidem colligit, ut hæc inter tot homines, inter tot rationales creaturas, quasi multiplicia perfectionis diuinæ membra caput aliquod insigniat, in quo Deitatis suæ plenitudo inhabitet, de cuius amplitudine, reliquis veluti membris, Dei munera diffundantur. Ut denique in hac visibili creatura reperit rerum capita, corpora, & membra inter se debita iunctura connexa,  
**Ordo quid** qui non, cùm ad inuisibilia assurgit, & hæc subsumat suum esse ordinem. Ordinis autem talis est ratio, ut inter paria non coalescat; Sed partium inter se ad aliquod caput ordinationem ac nexum quendam requirat.

Quare ut hic quoque inconfusè subsistat, necesse est, caput aliquod constitui, in quo vel ad quod tot excellentiæ ac veluti perfectionum membra tam natura, quam relatione quadam compacta dirigantur ac referantur.

Hoc caput, & hoc integrum, cùm sit Christus Iesus, Filius Dei unigenitus, videtur hoc modo nulli creaturæ rationali

nali non esse cognoscibilis per opera ut  
Numen ipsum, ne vlla vsquam pateat ex-  
purgandæ suæ ignorantiae cuiquam oc-  
casio. Sed quoniam natura hominis  
per lapsum ita infirmata est, vt quod ma-  
gis harum rerum meditatione mentem ad  
superna attollat, eò magis ad ima prola-  
batur, & vanitatibus suis implicetur,  
clementissimus Deus malo huic medelam  
adhibiturus, ab æterno pro immensa sua  
bonitate saluberrimum medicamentum  
præuidit in decretis gratiæ suæ, quam  
in Filio vnigenito immensam claudit, cu-  
ius miseratione & ineffabili intercessio-  
nis beneficio factum est, vt noua ratio  
perueniendi ad Bonum hominis sum-  
mum, & quod DE VS ipse est, sit intro-  
ducta, quæ cœlitùs novo & peculiari mo-  
do per verbū, virtute Spiritus Dei, inter  
homines iam inde ab initio promulgari  
cœpit.

## Theolo-

Etenim, quoniam impossibile erat, vt  
vetus homo ac terrenus pro seipso redi-  
git, ad statum innocètiae ac rectitudinis, de in mundis  
qua Adā primus cū omni sua posteritate introduc-

H 4

in dta.

in noxam inductus ceciderat; iamqe omni priuatus esset facultate æternæ salutis atqe beatitudinis consequendæ, necessariò inter Deum & hominem Mediator ac reconciliator ponendus erat, qui datum damnum non solum auerteret, sed etiam novo lucro resarciret atqe infinitis partibus abundantiori fructu integrum restitueret. Ideoqe quantum ad Dei præscientiam attinet, cui omnia præsentia, nihil futurum, nihil præteritum, ab æterno quidē certū & infallibile decretū extitit de glorificādis hs, quos in Christo Filio eligēdos, vocādos ac iustificādos pro voluntatis suæ beneplacito semel præstituit. Veruntamē is Christus nec promitti, nec revelari priùs necesse habuit, quām Adam cecidit. Prius enim omnia sub peccatum concludi oportuit, quām miseraretur omnium. Vnde Christus, licet secundum carnem ortu & tempore

Christus simul pri-  
mus & se, quoad Spiritum & natura & tempore  
cundus A. prior est, qui & postea in plenitudine  
dam pro diuerso re-  
spectu.

Adam posterior & secundus sit: Tamen  
temporum, ad assumendum corpus, non  
ex terra sumtus est, neqe in animam vi-  
uentem, ut prior, effictus; sed de cœlo  
missus

missus & in Spiritum viuificantem à Deo  
 patre est factus, ut esset dux & autor iu-  
 stitiae illius, qua iustificantur omnes ho-  
 mines, quorū iustificantur, per rege-  
 nationem & reductionem patibilis illi-  
 us qualitatis, quæ peccato originis op-  
 ponitur, illiusq; habilitatis siue ἐξοικείωσης, Christus  
 quæ regenerationem consequitur; Illo-  
 rum deniq; laudabilem habituum, quæ  
 exercitatione in pietate acquiruntur ab  
 his, qui huius Spiritu aguntur, restituto  
 ac reparato eo, quod primi Adami lapsu  
 & culpa amissum erat; sed tanto meliori  
 gradu innocentiae ac integritatis, quan-  
 to vita terrena cœlesti, mortalitas im-  
 mortaliti cedit: & quantum mutabile ab  
 immutabili, renouabile à iam renouato  
 in melius & optimum, quem habere po-  
 test statum exsuperatur. Eiusdem enim  
 cum ipso Spiritus participes fiunt, qui  
 spirituali vita, non animali viuiscat, quē  
 Deus per Christum Filium hominem no-  
 nūm & cœlestem, qui eius plenè est cons-  
 fors, inflat spirituali halitu, & per quem  
 corpus in cœlestem post terrenum habi-  
 tum transfiguratur, cœlicq; naturam, vñ-  
 de venit, exhibet, cœlumq; idem petit,  
 vnde descendit, ut terrenus in terram a-

Christus  
 quorum  
 honorum  
 reliquias.

H 5 bit,

bit, ex qua formatus est, cunctis principiis sua repetentibus dispositione diuina; Ita ut nemo ascendat in cœlum, nisi qui descenderit de cœlo.

*Iohan. 3.* Omnes igitur ex Deo renasci oportet, ut testatur nouus homo, huius natuitatis autor, cum dicit in Iohan: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, regnum Dei introire non poterit. Atque in hac renascentia perinde sit, ut in naturali rerum generatione, in qua sua sunt & offeruntur Elementa prima, per via quibus quæ peragitur. Vnde & hic in regeneratione perspirationis ratione iungitur aqua spiritui, quemadmodum & alibi ignis in consortium tanti operis recipitur, cum legimus in Matthæo: Baptizabit Spiritu & ignis, qua parte ad typos operis creati respicitur.

*Renaſcenſi*,  
tia quibus quæ peragitur.  
*Cap. 5.*

Quod enim in hoc visibili opere Spiritus naturalis est, in proximo hoc aëre per lucem cœli & aquas supernas ipsi terræ ad fructificandum; Idem est Spiritus ille Dei patris in Christo Filio huic thohu & bohu: hoc est, informi & rudi priorum pectori, per lucem inaccessam

&amp;

& aquas spirituales, ad renouandum id,  
vt egerminet fructus cœlo dignos. Sed  
quoniam tota vis regenerationis Spiritu  
Dei nititur, quo omnis salus circa ho- <sup>Spiritus</sup>  
minem absoluatur, ordo animaduerten- <sup>Dei causa</sup>  
das est, quo vis illa spiritualis Dei patris <sup>regeneratio</sup>  
funditur: In Christo, qui Filius Dei maria.  
naturalis est, & nouus homo externè &  
internè, velut in capite, vniuersa Dei-  
tas plenè residet: Inde versò in Ecclesi-  
am saluandorum, vt corpus manat, & <sup>Spiritus</sup>  
porrò in membris huius vnicuique ad men- <sup>Dei, quo</sup>  
suram donationis illiquitur: Quæ enim <sup>ordine fuit</sup>  
perfectio corporis per omnia membra <sup>datur in re</sup>  
funditur, ea vniuersa in capite Christo sibi.  
requiescit.

Neque huic ad mensuram datur, si-  
quidem in ipso tota Deitatis plenitudo <sup>Psal. 110.</sup>  
inhabitet, & quidem σωματικῆς: Vnde <sup>Esa. 11.</sup>  
Psalmus de Christo: Dixit Dominus Do- <sup>Col. 1.</sup>  
mino meo: Et de sanctis alias: Dixi vos <sup>Ephes. 1.</sup>  
Dñ estis: Quemadmodum & Epistola <sup>Psal. 82.</sup>  
Petri eosdem diuinæ naturæ confortes <sup>1. Pet. 1.</sup>  
pronunciare non dubitat. Etenim re- <sup>Rom. 9.</sup>  
nati per renascentiâ è spiritu Christi suo <sup>Gal. 4.</sup>  
quodam modo verè participes suarum  
substantiarum Dei, & in consortium diuinæ  
naturæ

naturæ, diuinæ lucis, sapientiæ & iustitiae  
admittuntur, quantum quidem humana  
tollerat imbecillitas per initia fidei & spei,  
sic incipiendo in hac vita, vt semper in  
h̄s progressus faciamus, & tandem in al-  
tera plenè perfecteç̄ illa consequamur,

**Ephes. 4.** vbi similiter non in toto, sed ex parte  
**Iohann. 3.** solum & membratim, & prout cuiq; ad  
mensuram donationis à Deo distribu-  
tum fuerit. In Christo autem totaliter,  
vt qui eius plenè consors est, quem re-  
galis potentiaz, gloriæ & Maiestatis pa-  
ternæ vñctio sine modo vngit ad om-  
nem perfectionem Dei patris, vt potè qui  
totus Dei est, & caput vniuersæ Deitatis:

**Col. 2.** Nos autem Christi, vt corpus & membra  
capitis, sicut de hoc scriptura passim sa-  
tis clarè docet perspicueç̄ testatur.

**Regene rationis** / In hac itaq; vita primit̄s duntaxat spiritua-  
primi qua liis regenerationis initiamur, cuius pri-  
incunabu mi quasi ortus & incunabula se produnt  
la in hac in interiori saltem homine, mente videli-  
vita.

**Rom. 6.** tium diuinæ lucis: corpus enim quia to-  
tum terrenum est, suo nutu & pondere  
in terram vergit, & subinde mortificatur,  
vt concupiscentias ad quas propendet,  
non sequatur. Mens verò quoniam me-  
dia

dia inter carnem & Spiritum sanctum,  
 quatenus labem ducit corporis peccati,  
 cui cohabitat, ad veterem & exteriorem:  
 quatenus vero Spiritu Dei fertur, ad  
 nouum & interiorē hominē pertinet; quo-  
 rum motus, leges & incitationes per omnia  
 dissidēt, contrarioq; impulsu, perpetua <sup>Renoua-</sup>  
 rixa & lucta inter se contrariātur. Et mēs <sup>tio homis</sup>  
 quidem, quam Lex Dei possidet, repurga <sup>nis impes</sup>  
 ta pēr S. sanctum, semper ad bonum suo <sup>fēcta in</sup>  
 nūcu propendet, ad malum verò aliundē  
 infecta. Vnde quām diu hoc peccati cor-  
 pus tardum graueq; per se pondus nobis-  
 cū trahimus, inest semper aliquid, quod  
 Lex Dei castigēt, concupiscentia in mē-  
 bris eius sine interūallo aduersus Spiri-  
 tum rebellante; nec illa sanctitas, illa  
 regenerationis vis quantumlibet magna  
 oblatrāns peccatū totum aufert. Tan-  
 ta veteris hominis è terra sumti & cor-  
 rupti ad prauos affectus labes atq; cali-  
 go. Resurrectio id p̄stabit, qua è mor-  
 tuis ad vitam pariter & ipsum corpus re-  
 suscitabitur, ex puluere terræ ad sup-  
 plendum corpus Christi, qui velut ca-  
 put huic corpori p̄venit, nouæ creatu-  
 ræ primogenitus & illibatæ primitiæ re-  
 gni maiestatis paternæ, ad Heb. i. Col. 2.  
 Deniq; hoc donum regenerationis per <sup>Donum regeneratio-</sup>  
<sup>nis quomo</sup>  
<sup>nistreus.</sup>  
 spiritum

Spiritum Dei , licet in Christo Filio Dei  
vnico redemptionis precio, merito mor-  
tis suæ semel impetratum, semper in Ele-  
ctis ἀμεταμέλητον existat , hoc est , eius-  
modi , cuius Deum nunquam pœnitere  
possit : Tamen regulariter non alia ra-  
tione confertur , quam per medium ,  
quod extrinsecus ad hoc à Deo destina-  
tum est : Per verbum nimirum ab ipso re-  
velatum , in quo se , suamq; voluntatem  
patefecit , & in quo summa illa sapientia  
posita est , quam fide consequimur . Ver-  
bum hoc iam inde statim ab initio de  
cœlo cum Spiritu demissum revelari  
cœpit . Etenim quoniam in hac  
sensibili creatura nihil esset , quod à quæ  
præsenter Deum insinuaret in animos  
piorum atque oratio , quam ipse Spiritu  
& luce sua intinxerit , voluit sanè nunc  
ipse , nunc per alios suorum consiliorum  
administratores sacra cœlestis legatio-  
nis ad nos oratione potissimum pera-  
gere .

Nam licet in primitivo seculo non rā-  
rò alij etiam modis usus fuerit in diuinæ  
sue voluntatis sensu designando : Ta-  
men quoniam non à quæ animi sensum

exponant illa, quæ visu aut alijs sensibus internuncij simplici ratione & singulari ostensione exhibentur, quam quæ sensu auditus, qui in orationem fertur, quæ oratio res ipsas, non solùm, qualis quæc sit in suo ordine: Sed ut se ad alia etiam habent, connexè proponit atque exponit, & cum vniuersali ratione auditoris cogitationi censenda præbet, rectè à potiori verbum & doctrina coelestis dici meruit, per quam Deus voluntatem & essentiam suam humano generi patefecit, in cuius agnitione & fide homines instituti, ad beatam immortalitatem aspirarent.

Huius propagatio, quantum continua fuérit & perpetua, nec vñquam extra mundi fines penitus exularit: Tamen quantum attinet ad gradus revelationum, in aliquo discriminé versatur. Non enim pari claritate omnibus temporibus fulsit, nec parim motu, vi & efficacia Spiritus suos in pietatis studio detinuit atque exercuit. Alia enim actas fuit, ad quam pertinebat pædagogia legis, quæ timorem pueritiae informabat duplice legis tyrocinio, morali scilicet & ceremoniali, sub quib. etiā Spiritus fidei & adoptionis nium.

*Cur verbo  
adminis-  
tretur.*

*Verbi reue-  
lati & pros-  
pagati dif-  
ferentia se-  
cundum*

*maius &  
minus.*

*Duplex le-  
gis tyroci-  
num.*

in

in Christo tenuiter subgliscet. Hic  
postea successit alia ætas adultior, quam  
excepit clarior sermo Euangelij sub no-  
vo fœdere, in quo fides adoptionis mini-  
sterio Euangelij palam se protulit, ces-  
sante in parte puerili ætate & infantili  
cum legis paedagogia Spiritu. Sub hoc  
**Duplex**  
verbi <sup>mis</sup> ministerium.  
duplici verbi ministerio placuit diuinæ  
sapientiæ, cœli thesauros aperire & dis-  
pensare inter homines, iam inde ab ex-  
ordio mundi. eorumq; fidem exercere :  
Quæ si conferantur, erit in quo alterum  
ab altero dicitur, gradu inæqualitatis,  
quæ sese offert in cognitione diuinæ  
gratiæ & diuinæ voluntatis ac veritatis  
in Christo reuelandæ. Attamen quoni-  
am vtrunq; continet oracula diuinitus  
eradita ad vitam & illustrationem menti-  
um, non minus quoq; in uno, quam in al-  
tero vis & efficacia eiusdem Spiritus, per  
radios eiusdē lucis, & participatus eius-  
dem vitæ fuerit præsens & opérata, cum  
Veritas & vtriusq; fœderis idem Deus, idem Chri-  
stus, idem Spiritus : Eadem Ecclesia, he-  
bii diuini reditas & vita æterna Eleborum à con-  
vna ab initio ditis seculis quantum ad substantiam,  
tio per es, nec aliquid discriminis habent, nisi quod  
gradu, ut iam supra quoq; dictū est, mo-  
doq;

doqp ac mensura reuelationis non pari-  
 ter ex ~~z~~quo inter se corresponeant;  
 Quo discrimine non Iure dominij distat;  
 sed possessione; altero nimis rūm heredi-  
 tati usurpandæ viciniore; altero remo-  
 tiore; In utrisque tamen vna sapientia, v-  
 na lux fidei, quæ illustrat oculos mentis,  
 & quam præbet Spiritus sanctus in ver-  
 bo promissionis, in quo pietatis & virtu-  
 tis semina abscondita sunt, qua profici-  
 mur in scientia & cognitione rerum spi-  
 ritualium, per omnia fidei & charitatis  
 exercitia atque officia, ad illam Beatitudi-  
 nem, quæ in Theologia nobis annunci-  
 atur. His ita delibatis patet, primum Integra &  
 quid sit Theologia, nempe Donum Dei plena The-  
 graciuitum & præternaturale, quo Spiri- ologiæ des-  
 tus sanctus facultatem animi supernatu- finitio.  
 ralem cognoscendi & consequendi sum-  
 mun hominis bonum, ad quod tanquam  
 ad ultimum finem à Deo est conditus, me-  
 diante verbo Dei patefacto, operatur.  
 Patet quoque in quantum à Philosophia  
 distet, adeò, vt ne generē quidem, nedūm  
 specie, vel numero vaūm aliquid sint ac  
 consociari queant. Restat, vt quomodo  
 coniungi oporteat, dicatur.

I

Quo-